



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

6. De excellentia SS. Eucharistiæ quatenus est Sacmentum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

ta proinde alacritate ad hoc diuinissimum amoris incendium animæ in redamando tanto amatore frigidæ meritò foret properandum? Amor, feruor pie communicandi, seque Christo per amorem, & voluntatis resignationem penitus conformandi.

## VI.

*De excellentia SS. Euccharistiae, qualius est Sacramentum.*

I. **M**agnitudo & excellentia SS. Euccharistiae, quatenus est Sacramentum & mysticū conuiuum, quo ad latitudinem inde potest aestimari, quod in ea omnibus, quantumuis integris & indignis se Christus quoad corpus, sanguinem, animam, diuinitatem, & humanitatem, in spiritualem cibum omnis saporis offerat; ad omnia mala culpæ & pœnæ amolienda, atque ad omnia bona gratiæ & gloriæ obtinenda: ex immenso amore erga omnes, & zelo singulorum spirituales morbos curandi, profectumque in omni perfectione promouendi. quam immensa tam immensa gratiæ debetur gratiarum actio? quam immensa tam immenso amori mutua dilectio? quanta deuotione foret hæc mystica cœna frequentanda.

II. Quo-

II. Quoad sublimitatem & profunditatem, eiusdem excellentia inde estimanda, quod in ea Christus, Altissimi Filius, altissimus & ipse, & incomprehensibilis maiestatis Deus, insimæ creaturæ rationali, & quidem tam fœdæ, ingratæ, indignæ, det, quod optimum est in cælo, & in terra, nempe se ipsum ; modo optimo , realiter per modum cibi & potus, idque recte sub specie panis & vini; & ad tam heroicos fidei, submissionis, amoris, aliarumq; virtutum actus ab ea exercendos , atque ad tam eximios gratiæ & gloriæ gradus promerendos : & quidem ex gratuito, summo, infinito amore. Quā sublimis & incomprehensibilis illa dignatio tantæ Maiestatis sese sic demittentis ad vermiculos tantæ vilitatis? Admiratio, gratitudo, amor.

III. Quoad longitudinem , quod in ea Christus , prædicto modo , ad eosdem præfatos fines tam sublimes gratiæ & gloriæ æternum duraturæ , cuius fideli se totum in spiritualem alimoniam dare ab æterno decreuerit, in tempore cuius sic se offerat , & porro oblatus sit usque ad finem mundi. An non æternus hic liberalitatis , pie-

Ecclesiastis,

tatis, charitatis excessus, æterno foret  
gratitudinis, amoris, deuotionis affe-  
ctu compensandus?

## VII.

*De excellentia eiusdem, quatenus  
est Sacrificium.*

I. C

Hristus in hoc diuinissimo my-  
sterio non solum dedit se nobis  
in spirituale nutrimentum nobilissi-  
mum, sed etiam in sacrificium emi-  
nentissimum, cuius magnitudo & ex-  
cellentia quoad latitudinem hinc po-  
test aestimari, quod illud latissime se  
extendat ad omnes fines, effectusque  
omnium sacrificiorum legis naturæ &  
scriptæ. Sicut enim in se continet o-  
mnes perfectiones quadruplicis sacri-  
ficij:latreutici, Eucharistici, propria-  
torij, impetratorij:ita valet ad omnes  
omnium istorum sacrificiorum fines  
promerendos, cum in eo omnia & sin-  
gula infiniti meriti desideria & obse-  
quia Christi infinitè grati æterno Pa-  
tri offerantur. Quam eximum ergo  
beneficium, & rarum diuinæ bonita-  
tis, liberalitatis, amoris monumen-  
tum meritò est censemendum hoc diui-  
nissimum Sacrificium? quæcā proin-  
de re-